

Band I., Nr. 302, Seite 382-383

Bischof Siegfried von Speyer bekräftigt die von Markgraf Hermann und seiner Gemahlin Bertha geschehene Schenkung eines Guts in Heiningen an die Kirche des Hl. Pankratius in Backnang.

Ohne Ortsangabe, 1134.

Notum sit omnibus, tam modernis quam posteris, qualiter marchio Hermanus ex consensu Berthę contectalis suę predium suum in pago Hvningen situm, in comitatu Adelberti, quod iure hereditario possederat, ecclesię sancti Panchratii in Baggenanc fratribusque inibi Christo secundum regulam sancti Augustini servientibus pro remedio animę suę et uxoris suę Berthę, omniumque parentum suorum contradidit, duobus mansis exceptis, quos Cūnrado de Wolfesselden et fratri eius Ottoni in beneficium concessit. Quia vero redditus prefati predii Bertholfus de Ingirsheim¹ in suos usus pro quibusdam negotiis mancipaverat, statutum est, ut, si quando Bagginacensis ecclesia, sive per se, sive per marchionem de manibus pretaxati viri qualicunque pactione illud redimere posset, cum omni utilitate quę inde proveniret, libere et absque ulla contradictione possideret. Hęc autem tradicio facta est anno dominicę incarnationis MCXXXIII., indictione duodecima, Lotharii regis anno nono, Adilbertho archicancellario, regente Spirensē ecclesiam Sigefrido venerabili episcopo, Bertholfo predictę ecclesię preposito. Aderant etiam de congregatione, quando traditum est allodium, fratres religiosi et probabiles viri, qui cum ceteris assistentibus testimonium prebent huius rei: Adelbertus. Henricus. Richardus. Röpertus. Drutmannus presbyteri. Uvolpodo parrochianus. Adelhohus acolitus. De conservis^a: Adelbero. Uvolframms. Sarnagel. Theodericus. Macelinus. Wolfganc. Godefridus. De laicis, tam liberis quam servis, Bertholdus de Ingirsheim. Cōnradvs et frater eius Otto de Wolfesselden. Uvaltherus de Öthenbrugge². Uvignandus de Grecingen. Rödgerus de Blidoluesheim³. Adelbertus de Mereuelt⁴. Landolt. Reginolt. Hartmöt. Eberhart. Gebino. Harthunc. Rōthart. Ezzo. Liupolt. Reginbolt. Hęc scripta sigilli nostri impressione corroboravimus, ut si quis ea ulterius infirmare temptaverit, auctoritate apostolica et nostra vinculo anathematis obligatum se cognoscat.

^aSo das Original fehlerhaft für *conversis*.

¹Groß- bzw. Kleiningersheim, Ingersheim, LB.

²Jettenburg, Kusterdingen, TÜ.

³Pleidelsheim, Pleidelsheim, LB.

⁴*Mereuelt*, unermittelt.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das Siegel, das den hinterlassenen Spuren zufolge rechts auf der Urkunde aufgedrückt war, ist verloren. Von älterer Hand ist auf der Urkunde bemerkt: *Circumscriptio sigilli: Sigefridus dei gratia Episcopus Spirensis*. Ein gut erhaltenes Siegel befindet sich möglicherweise im HStA München.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 4

Editionen:

Schöpflin: Historia Zaringo-Badensis, Bd. 5, S. 79, Nr. 37.

Literatur:

Molitor: Ingersheim, S. 10.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Backnang Wohnplatz (1312)
 Backnang, WN
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, Ingersheim, LB
 Grötzingen Wohnplatz (556)
 Grötzingen, Aichtal, ES
 Heiningen Wohnplatz (1314)
 Heiningen, Backnang, WN
 Jettenburg Wohnplatz (16131)
 Jettenburg, Kusterdingen, TŪ
 Kleiningersheim Wohnplatz (1156)
 Kleiningersheim, Ingersheim, LB
 Mereuelt
 Pleidelsheim Wohnplatz (1082)
 Pleidelsheim, LB
 Speyer, SP
 Wolfsölden Wohnplatz (875)
 Wolfsölden, Affalterbach, LB